

XLIII

DISPUTATIO JURIDICA

De

AMMISSIONE
FEUDI,

Quam

DEO ADJUVANTE,

Magnifico atq; Amplissimo Iureconsultorum
ordine, in celeberrimâ Wittebergensi Aca-
demiâ, permittente,

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo,

Dn. GOTTFRIDO Reutter Bit-

urf. Sax. U. J. D. Facultatis Juridicæ ibidem
Assessore, Præceptore suo plurimum
colendo,


Publico examini subjicit

LUCAS Von Berge

Serveftanus.

In Auditorio Jctorum

Ad diem 19. Jun. horis à 7. matutinis.



WITTEBERGÆ


Ex Officinâ Typographicâ JOHANN. MATTHEI.

ANNO MDCCXIX.

Clarissimo, Doctrinâ, Humanitate & a-
bitate præcipuo, Dn. M. Petro à Jena
Scholæ Patriæ Rectori signissimo, Præce-
ptore & Fautori honorando mittit L.

16
24

1619



*Antiquâ generis Prosapia, nobilissimo &
auctoritate gravissimo Viro,*

Dn. ANDREÆ à Rebern / Illustris.
Principi ac Domino, Dn. RUDOLPHO, Principi Anhal-
dino &c. à Consilijs, & in arce Lindaviensi Ca-
pitaneo maximè strenuo,

Clarissimo & Consultissimo,

Dn. M. JOHANNI COPPEN, Prælaudatæ Illustris.
Celsitudinis itidem Consiliario & Secretario
selectissimo,

Prudentissimo longoq; rerum usu præstantissimo,

Dn. NICOLAO ERHARDO, Judici Provinciali in
Coburg, Rosslau & Lindau dignissimo.

Reverendo & Doctissimo,

Dn. JOHANNI Schmiedt, Verbi divini in Luso & Müls-
dorff Anhaltinorum præconi vigilantiss.

NEC NON

Viris integerrimis, humanis. & honestis.

Dn. CHRISTIANO Macken Not. Publ. Civibus Ser-

Dn. JOHANNI Düben. vestre prima-
ris.

*Dnn. Fautoribus, Promotoribus, Adfinibus &
Amicis suis honorandis, venerandis,*

offert & dicat.

LUCAS Von Berge.
A. & Resp.





D. O. M. A.

Positio I.



Uanquam modi, quibus feudum amittitur, multi & varij sunt, *Vult. d. feud. lib. 1. c. 11. n. 2* adeò quidem, ut sub certâ aliquâ & rotundâ regulâ comprehendi nequeant, quemadmodum ipse fatetur Feudista, *in c. un. in quib. caus. feud. am. 2. F. 23.* tamen ne quasi temere vagemur, & promiscua velut turba causarum nobis pariat offensionem & obscuritatem, placet certos limites nobis circumdare, intra quos cursus disputationis nostræ contineatur.

II.

Sciendum itaque primò, feudum interdum ita amitti, ut omninò extingatur, feudumque esse desinat, ut subtiliter distinguit *Paul 3. sent. 6.* Interdum ita, ut feudum quidem maneat, is tamen, qui ipsū possidet, (hoc est Vasallus) amplius non habeat, sed amittat. *Vult. d. c. 11. n. 3. Gothofr. Ant. in disp. feud. 11. th. 1. lit. e.*

III.

Omninò esse definit & extinguitur, vel conventionē, vel absque eâ *Vult. d. c. 11. n. 9.* Et conventionē quidem vel expressâ, vel tacitâ.

IV.

Conventionē expressâ multis modis extingui potest, puta refutatione, quæ fit Domino à Vasallo *c. un. qual. olim. feud. 1. al. 2. F. 9 c. un. d. Vasall. decrep. et. 2. F. 14.* & remissione, quæ fit Vasallo à Domino, & eiusmodi alijs. *Vult. d. n. 9.*

V.

Sed quoniam hoc extra controversiam est, ut procedat, si consensus & voluntas utriusque tam Domini, quàm Vasalli
A 2 interce-

intercedit, ut hie, quaeritur, Utrum etiam Domino invito re-
futare Vasallus feudum possit? Multi quidem dissentiunt, ve-
rum his non attentis cum com. Dd. schola in o. i. d. vas. qui cont.
const. Lothar. 2. F. 38. optimè eum posse, statuimus, Cum Zas. p. 12.
n. 14. Borch. d. feud. c. 8. n. 53. Rosenth. c. 9. concl. 50. n. 50. Curt. lun. p. 4. n.
335. Myns. obs. 65. n. 7.

VI.

Similiter in quaestionem venit, num etiam Dominus ius
suum, invito Vasallo remittere possit, ut eum amplius Vasal-
lum non habeat? Ob paritatis rationem Domini & Vasalli,
quam passim arg. c. un. d. form. fidel. 2. F. 6. argenti, censemus, il-
lum ius suum dominans remittendo, à Vasallo liberari, nec
cogi insuper posse, ut Vasallo succurrat. Rosenth. c. 9. concl. 52. n.
20. Arum. in disp. feud. 7. th. 26.

VII.

Conventionione tacita extinguuntur feudum Guardia & Ca-
staldia: Item Advocatiae & quod huic non est absimile, Can-
cellaria. His enim tacite inest conventio, ut post annum au-
ferantur. c. un. d. feud. Guard. & Castald. 1. F. 23. un. d. pig. dat. feud. 1.
F. 11. Schrad. p. 2. c. 4. n. 25. Huc etiam referuntur feuda Soldatæ,
Habitationis, quorum hoc morte accipientis c. 1. d. feud. habit. 2.
F. 105. illud utriusque tam dantis, quam accipientis finitur c. 1.
S. fin. quis. dic. Dux. 2. F. 10. Borch. c. 4. n. 30. & Dd. com. nisi specialiter
aliud cautum sit arg. d. c. 1. d. feud. Guard. & Castald. d. c. 1. d. feud. ha-
bit.

VIII.

Absque conventionione feudum esse desinit vel facto Va-
salli interveniente, vel non interveniente. Priori casu (1) in-
gressu religionis c. 1. vers. qui Clericus. si d. feud. def. cont. sit. 2. F. 26.
c. 1. d. feud. form. 2. F. 30. Borch. c. 5. n. 49. & (2) praescriptione,
cuius fit mentio in d. c. 1. si d. feud. def. tam contra Dominum,
quam Vasallum Vult. d. c. 11. n. 10.

IX.

Contra Dominum praescribitur feudum, quando Vasal-
lus denegatis Domino servitijs, & à tempore istiusmodi de-
negationis factæ 30. annis completis, bonâ fide possederit,
Vves.

VVes. d. feud. c. 15. n. 3. & Dd. in d. c. 1. vers. si per. 30 annos. 2. F. 26. Vult.
d. loco. Contra vasallum verò, quando Dominus rem feudalem
pro libera per 30. annos, nemine feudum exigente, in posses-
sione habuerit Zas. p. 6. n. 33. Rittersh. lib. 1. d. feud. c. 18. q. 9.

X.

Facto Vasalli non interveniente finitur feudum (1) rei,
in qua constitutum est, interitu. Interire autem multipliciter
res potest, non solum incendio, aut chasmate ut est in l. 15. §. 2.
ff. Locat. §. fin. Just. d. Usufr. sed etiam inundatione l. 31. §. item q. ma-
tri ff. d. acquir. poss. item calamitate belli, cum prædia occupan-
tur ab hostibus, ut est in l. cum unus §. fin. ff. d. bon. ant. jud. poss. VVes.
d. c. 15. n. 2. Vult. d. c. 11. n. 5.

XI.

Sed hic quaestio oritur, si postliminio res in feudum con-
cessa, reversa & recepta sit, an Vasallo restituenda? Affirm. per
l. si ager. 26. ff. quib. mod. usufr. am. Niell. disp. feud. s. th. 1. lit. a.

XII.

Finitur (2) factu Vasalli non interveniente ipsius morte,
nullis extantibus, quibus jus succedendi competat, heredi-
bus. Nam tunc ad dominum revertitur c. 1. §. rursus quib. mod.
feud. am. 1. F. 5. c. 1. §. et si clientulus d. al. feud. l. 1. F. 13. Rittersh. c. 6. q. 3.
& ex eo tempore nuda proprietatis dominus incipit plenam
habere in re potestatem, ut loquitur Justin. in §. fin. l. d. usufr.
Vult. d. c. 11. n. 6. Et hæc breviter de feudi extinctione.

XIII.

Nunc quomodo amittatur. Notandum autem hic, Va-
sallum à Domino ritè institutum, absque culpâ devestiri, be-
neficiūque semel legitimè acquisitum amittere nullo modo
posse c. 1. d. feud. sine culp. non am. 1. F. 21. Bald. c. 1. d. nat. feud. Ruding.
lib. 1. c. 25. in pr. Arum. disp. feud. 7. th. 2.

XIV.

Quod adeò verum est, ut ne quidem Principi aut Impe-
ratori id facere permillum sit text. in c. 1. d. nat. feud. 1. F. 7. ubi Dd.
com. Schenck Baron. 5. & 6. Rosent. h. c. 10. concl. 11. n. 9. Niell. disp. feud. s.
th. 1. lit. c. arg. c. 1. Extr. d. probat. d. donationes quas C. d. don. int. vir. &
xx. l. 16. C. d. transact. & sim.

A 3

15. Culpa

XV.

Culpa ergo ut adsit, necessario requiritur d. c. un. l. F. 21. Quæ culpa Juris feudalis compilatoribus dicitur feloniam c. l. §. domino. 2. F. 26. c. 1. 2. F. 47. c. 1. 2. F. 37. Zas. in tr. feud. p. 3 n. 2. Vult. d. c. n. n. 17. Rittersh. lib. 2. c. 5. q. 2. Ruding. lib. 1. c. 25. n. 1. Niel. disp. 8. th. 1. & c.

XVI.

Quod vocabulum varias Grammaticas notationes ab interpretibus recipit. Quidam à gr. Φήλωμα vel Φήλωσις deducunt; quidam à germ. fehlen seu fallen; alij à latino verbo fallo, unde nonnullis fallonia dicitur: alij denique barbarum esse contendunt. Nos cuilibet, pro libitu, ut ut velit, deducat, relinquimus, posteriori tamen adhaeremus.

XVII.

Feloniam illam seu culpam hic latissime sumimus Rittersh. d. c. 5. q. 4. seu ut loquitur Magnificus & Glans. J. Causand. dr. Knich. largiter, pro quâlibet causa, quæ feudum, multa condignâ, & adstrictim pro delictis & crimine grandiori & atrociori in dominum admisso, in suo iure, p. 3. c. 1. n. 292.

XIX.

Refertur autem tam ad Dominum quam ad vassallum; Utrique enim communis est Vult. d. c. n. 17. & constat aperte in d. c. 1. 2. F. 47. & d. c. 1. §. domino. 2. F. 26.

XIX.

Et est vel legitima, quam & certam vocamus, hoc est, verbis in jure feudali expressam: vel arbitraria seu incerta, arbitrio judicis definienda text. in c. 1. qua fuit prim. caus. §. sed quia 2. F. 24. Vult. d. c. n. 16. Gothofr. Ant. d. disp. 8. th. 6.

XX.

Utraque consistit vel in committendo, vel in omittendo. d. c. 1. qua fuit prim. caus. & ibi Dd. Rosenth. c. 10. concl. 12. n. 2. Guer. Pijo d. feud. c. 43. n. 15. Ves. c. 15. n. 4. Rittersh. d. lib. 2. c. 5. q. 4. Vult. d. n. 16.

XXI.

Culpa in committendo consistens dicitur, cum videlicet id à Vassallo perficitur, quod fieri non debebat. Vult. d. loco. Atque rursus committitur vel in ipsum Dominum, idque directò, vel per consequentiam, ut loquitur Vlp. in l. 1. §. 3. ff. d. injur. vel in alios extraneos d. c. 1. vers. deniq. 2. F. 24. d. c. 1. 2. F. 37. Vult. d. c. n. 18. Bocer. class. 4. disp. 17. th. 9. & 10. 22. Dire-



XXII.

Directò in Dominum perpetratur feloniam, si nim. ipse in propriâ personâ offendatur. Quod quidem fieri potest multis varijsque ex causis: quarum aliæ ad Domini vitam & famam; aliæ ad res vel bonâ eius; aliæ denique tam ad vitam ac famam, quàm ad ipsas res spectant *Rittersh. d. q. 4. Gothofr. Ant. disp. II. h. 2.*

XXIII.

Ad vitam & famam causas referimus duas. Prima & potissima est, si Vasallus Dominum suum occidat, gladio an veneno, nihil interest *d. c. 1. §. porro, ubi Dd. com. 2. F. 24. Son. b. p. 12. n. 37. Mozz. ex quib. caus. feud. am. n. 27. Rittersh. d. c. 5. q. 5.*

XXIV.

Fallit tamen in eo, si Vasallus ad sui defensionem, dominum, vim injustam inferentem, interemerit *Schrad p. 9. c. 4. n. 55. Rosent. c. 10. concl. 20. n. 23.* defensio namque omni jure permessa est. *quis natus de. dist. 1. c. pastorali. Extr. d. sent. & re jud. l. ut vim. 3. d. 7. & ff. de vi. §. qui in domo. l. 1. ff. de l. Aquil. l. 1. §. vim vi ff. d. vi & vi. arm.*

Quid, si Vasallus iusto iracundiæ calore motus, Dominum in adulterio uxoris suæ deprehensum occiderit, an & eo casu liber erit à pœnâ servationis? Quod cum *Rosent. c. 10. concl. 20. n. 42. Schrad. d. p. 9. c. 4. n. 92.* affirmandum censemus.

XXVI.

Ampliatur hæc causa, ut Vasallus feudo cadat, si nimirum vitæ Domini tantummodò insidias struxerit, sive clam sive palam *c. 1. quot test. sunt necess. 2. F. 27.* eumque hostili animo fuerit aggressus, etiâ si mors non secuta sit *d. §. porro & ibi Andr. d. Is. m. 61. n. 19. 2. F. 24. Rittersh. d. c. 5. q. 5.*

XXVII.

Atq; idem procedere dicimus cum *Rosent. d. c. 10. concl. 7. n. 11. & Schrad. d. p. 9. c. 5. n. 13.* si Vasallus Domino palam mortem minatus fuerit, quia ex hisce minis inimicitia capitalis oritur *gl. in l. licet 15. ff. d. arbitr. Rol. à Valle. conf. 63. n. 32. lib. 2.* ob talè autè inimicitiam rectè feudum amittitur *Laur. Sylvan. d. feud. recogn. q. 44. n. 1. & seqq.*

XXVIII.

Secus est, si vasallus tantum cogitaverit de nece Domini, nec tamen hunc adfectum & pravam cogitationem ad effectum diduxerit.

diduxerit, vel etiam diducere ceperit §. si voluerit 2. F. 51. ubi Bald,
& Schenck Baron. 2. facit l. cogitationis ff. d. pœn. Clariss. Dn. Andr. Krieb
d. Vestit. pact. p. 3. c. 1. n. 55. Vult. d. c. 11. n. 20.

XXIX.

Secunda causa, quæ Domini vitam & famam concernit,
& ob quam Vasallus feudo exuitur, est, si graves vel inhono-
stas, ut loquitur Feudista in d. §. porro 2. F. 24. injurias Domino
intulerit, puta si impias manus in eum ingesserit, id est, si vul-
neraverit, si verberârit, si pulsârit. Idque facit, quod non so-
lum ingratisimus erga benefactorem suum existat, verum et-
iam contra juramentum fidelitatis manifestè delinquat 2. F.
7. ibi: ne aliquam læsionem. Borch. d. feud. c. 8. Schneidm. Epit. feud.
p. 8. c. 1. n. 92. & seqq.

XXX.

Sed hic quæritur, utrum pœna privationis locum habe-
at, si Vasallus renunciaverit, cumque se nituerit? Nihil eum
juvabit. Clari enim juris est, & à D. d. c. traditum, delictis co-
summatis pœnitentiæ locum non esse. Rosenth. d. c. 10. consl. 17. n. 15.

XXXI.

Neque hîc distinguimus, num inferat ipse Vasallus, an
per alium fieri curet. text. est express. in c. 1. vers. Ego iurabo. 7. Ja-
cob. d. S. Georg. in verb. dictiq. Vasalli. n. 41. Curt. p. 4. in 3. Vult. d. c. 11. p.
25. Rittersh. d. c. 5. q. 10. Ruding. d. c. 25. n. 15.

XXXII.

Quò pertinet, si Vasallus verbaliter, alijs atrocissimis
Dominum affecit convitijs, eiusque famam & æstimatione
læsit d. §. porro 2. F. 24. quippe quòd vita & fama paribus, ut di-
citur, ambulent passibus l. isti quidem 8. ff. quod. met. caus. l. i. §. 9.
ff. d. manum. vind. Cum quo consentit etiam jus Sax. art. 14.
Landtr. n. 3. ibi: ob ein Man seinen Herrn gröblich
schmebete/ oder ihm vorsetzlich schaden there/
dadurch mag er sein Leben verlieren. Vult. d. c. n. 26.
Rittersh. d. q. 10.

XXXIII.

Atque hæ sunt causæ, Domini vitam & famam concer-
nentes.

nentes. Quæ res seu bona eius concernunt, tres à nobis constituuntur. I. si Vasallus ex certâ scientiâ & dolo malo, seu fraudulenter ipsum feudum, vel feudi partem aut conditionem Domino abnegavit *c. 1. §. Vasallus. 2. F. 26. c. 1. §. si fuerit. 2. F. 24. Borch. c. 8. n. 25. VVes. c. 15. n. 6.* Verius tamē est, imò æquius, si partem inficietur Vasallus, quod non toto feudo, sed parte tantum abnegatam privetur *arg. d. §. Vasallus, 2. F. 26.* Et hanc sententiam tuentur *Schrad. d. 6. n. 51. Rosenth. Cujac. Ruding. Vult. Borch. & Dd. com.*

XXXIV.

Secunda causa ad res Domini pertinens, est, si Vasallus feudo abutatur, idque per abusum deterius reddat *c. 1. §. quicumque Advocatiam. d. per ten. 2. F. 27.* Detrimentum autem debet esse insigne & notabile, ut tradunt *Curt. p. 4. n. 44. VVes. d. n. 6. Guer. Pij. d. 21. n. 5. Schrad. p. 9. c. 6. n. 69. Vult. d. c. n. 39. Rittersh. d. c. 5. q. 69.*

XXXV.

III. Si Vasallus seu feudum sine consensu Domini distraxerit: in extraneum, hoc per se non est licitum *c. 1. §. 2. F. 55.* nisi forsan ex justâ ignorantia, putans rem allodiālem esse, hoc faciat: tunc enim liberatur *Duar. d. feud. c. 1. n. 16. Zas. p. 10. n. 9. VVes. d. c. 11. n. 2. Vult. d. c. n. 42.*

XXXVI.

Quod si verò partem saltem alienet, totum feudum non perdit, sed partem duntaxat abnegatam *per c. 1. 2. F. 38. & c. 1. §. illud. 2. F. 24. Borch. d. feud. c. 8. n. 32.*

XXXVII.

Hic non immeritò quæstio movetur, an vocabulo alienationis etiam hypothecæ constitutio comprehendatur? Negamus cum *Arum. disp. feud. 7. th. 6. & Niell. disp. feud. 6. th. 7. lit. 6.* Hæcque de causis, in res seu bona Domini commissis.

XXXIIX.

Earum, quæ tam in Domini vitam & famam, quam in ipsius res perpetrantur, quinque poni possunt genera: I. Si Vasallus Dominum criminaliter accusaverit, *c. 1. 2. F. 33.* sive id faciat per se ipsum, sive per alium *gl. in §. item si delator & ibi Schenck. n. 5. 2. F. 24. Zas. p. 10. n. 45. Soub. p. 12. n. 48. Vult. d. c. 11. n. 27. Zabel. in Exercit. feud. 8. th. 5. lit. g.*

B

39. Sed

XXXIX.

Sed valdè controversum est, num excusetur Vasallus, si Dominum de vero crimine accuset? Nos pro negativâ pugnamus, quia ad hoc est obligatus, ne quid faciat, quo Domini æstimatio lædi possit. *c. 1. d. form. fidel. Rosenh. c. 10. consil. 12. n. 5. & seqq. Rittersh. c. 5. q. 14.*

XL.

Unde nonnulli inferunt, Vasallum non posse sine periculo amittendi feudi interdicto unde vi contra Dominum experiri, sed eius loco actione in factum uti debere *arg. l. 1. §. interdictum hoc ff. unde vi.* Sed multi improbant *Jacob. d. S. G. in verb. & dicti Vasalli n. 6. Borch. c. 9. n. 18. & seqq. Arum. d. disp. 8. th. 15.* quorum sententia & nobis verior videtur *per. c. 1. l. F. 22. arg. c. esto subjectus dist. 95.*

XLI.

Quid, si Vasallus accusando Dominum, suam suorumq; injuriam persequitur? Excusari eum posse putamus *gl. in c. 1. quib. mod. feud. am. VVes. c. 15. n. 5. Zas. p. 10. n. 47. Somb. p. 11. n. 33. & p. 12. n. 12. Vult. c. 10. n. 28. Rittersh. d. c. 5. q. 16. Schrad. p. 9. c. 8.*

XLII.

II. Si delator Domini existat, ea que delatione grave dispendium ei inferat *tex. in d. §. item si delator 2. F. 24. VVes. d. loco. Ruding. c. 25. n. 19.* Præterquam si Dominum de delicto in principem vel Remp. commisso, atque adeo de crimine læsæ majestatis detulit *Schrad. d. p. 9. c. 8. n. 5. Duar. d. c. 14. n. 15. Niell. disp. 8. th. 5. lit. d. Vult. d. c. n. 27.*

XLIII.

III. Si Vasallus adversus Dominum testimonium perhibuit *c. 1. §. similiter. 2. F. 33. Borch. c. 8. n. 128. VVes. d. c. 15. n. 5.* modò non sit in re feudali, puta, si lis sit super negotio investituræ; nam eo casu impunè eum testimonium dicere posse, manifestum est, ut constat *ex c. 1. 2. F. 2. & c. 1. 2. F. 32. Schenck. in d. c. 1. §. similiter. Ruding. c. 25. n. 21. Rittersh. c. 5. q. 18.*

XLIV.

IV. Si Vasallus credentiam, vel secreta Domini manifestaverit *c. 1. & ibi gl. & Dd. 1. F. 17. Borch. d. c. 8. n. 126.* Atque hoc procedit

cedit indistinctè, nullo habito respectu, an damnum aliquod ex istâ revelatione sit subsecutum an nullum, sufficit, si animus damnificandi adfuerit *Zas p. 10. n. 35. Borch. d. c. n. 129. Schrad. p. 9. c. 5. n. 50. Arum. disp. 8. th. 23.*

XLV.

V. Si Vasallus cum inimicis Domini amicitiam suam copulaverit *c. 1. 2. F. 57. Cl. Dn. Andr. Knich. d. Vestit. pact. p. 2. c. 5. n. 47. Arum. d. disp. 8. th. 20.*

XLVI.

Quod ita intelligendum arbitramur, si talis sit amicitia, quæ cum fraude ac detrimento Domini conjuncta est, inque eius perniciem, injuriam & contumeliam tendit, *Schrad. p. 9. c. 5. n. 27. Vult. d. c. 11. n. 29. Everb. in top. in lo. à tanquam seu respect. Secus est, si bonâ fide absque fraude & præjudicio Domini contracta sit Borch. c. 8. n. 121. & seqq. Rittersh. c. 5. q. 12. Ruding. d. c. 25. n. 18.*

XLVII.

Sed cuienam, Domino an Vasallo incumbat probatio, quando non constat, quo animo amicitia illa inita sit, disceptant FF? Posterius nos affirmamus, quia præsumtio militat pro Domino, *cum Rittersh. d. q. 12. Dn. Hunn. in tr. feud. c. 14. Arum. d. disp. 8. th. 27.*

XLVIII.

Et hæc de culpâ, in ipsius Domini personam directò & immediatè commissâ, dicta sunt. Ordo jam postulat, ut dispiciamus de ea quoque, quæ per consequentiam & mediatè in Dominum perpertatur. Eius vero species tres constitui-

XLIX.

I. Est Cucurbitatio Domini, de quâ est *text. in c. 1. §. item si fidelis. 1. F. 5. c. 1. 2. F. 57.* hoc est, cum uxore eius concubitus *d. §. item si fidelis c. 1. §. si quis miles. 1. F. 21.* Quod verum est, non tantum, si adulterium perfecit, sed etiam, si id duntaxat attentaverit *d. §. item si fidelis. in verb. concumbere se exeruerit. Vult. d. c. 11. n. 31. Borch. d. c. 8. n. 91.*

L.

Attentatio autem illa varijs modis fieri potest *L. 15. §. si*

B 2

quis

quæ virginem ff. d. injur. puta, turpiter ludendo d. §. item si fidelis.
Quem lusum l. si quis amodo 16. tit. 5. 6. lib. 2. legum Longobardic. in-
terpretatur manuum in sinum immissionem, aliarumve par-
tium verecundarum contrectationem, referente gl. in d. §. in verb.
luserit, ubi Hortom. & Cujac. Somb. d. p. 12. n. 241.

LI.

Fieri quoque potest missis literis a matorijs, item illece-
bris munculorum sollicitando, alijsque strophis ad expu-
gnandam Uxoris Domini pudicitiam utendo, de quibus Vid.
Schenck. Baro in d. §. item si fidelis n. 1. Vult. d. c. 11. n. 31. Rittersh. d. c. 5. q.

96.

Et quod dictum est de Uxore Domini, idem ad sponsam
eius extendendum arbitramur, prout plerique etiam D. S. Henck.
quib. mod. feud. am. n. 7. Jacob. d. S. G. in verb. dict. q. Vasalli n. 29. Zas. p.
10. n. 27. Curt. p. 4. c. 20. Somb. p. 12. n. 18. VVesf. d. c. 5. n. 5. Vult. d. c. 11. n. 31. A-
rum, disp. 8. th. 6.

LXI.

Quid verò si rem haberet cum Domini vidua, statuen-
dum? Quanquam plerique hic dissentiant, quorum opinio
communior, ut ait Vult. d. c. 11. n. 31. Jure tamen confirmata verior
videtur. per. c. 11. F. 21. Vult. dil. 10.

LIV.

Sed macula ista stupri, à Vasallo illata, vindicatur etiam
in filia eius d. §. item si fidelis. VVesf. d. c. 11. n. 7. Item in nepte ex filio,
aut nuru d. §. Borch. d. c. 8. n. 95. Zas. d. n. 24. Rittersh. d. c. 5. q. 107.

LVI.

Idem quoque obtinet, & juris est in sorore Domini, in
domo eius adhuc manente, quæ in capillo dicitur (hoc est in-
nupta) d. §. item si fidelis? S. rursus 2. F. 24. Rittersh. d. c. 5. q. 108. Rading.
d. c. 25. n. 6. Et hæc est secunda causa in Dominum per conseq.
commissa.

LVI.

Sequitur tertia, quæ fit, quando personæ necessitudine
propiore Domino devinctæ, gravi aliquâ injuriâ à Vasallo
afficiuntur c. 1. in fin. in verb. ad tuam vel tuorum injuriam. l. F. 7. Et
tantum de culpâ quæ Dominum concernit.

57. In

LVII.

In alios culpa commissae species, ex quibus feudum fit caducum, hasce duas ponimus. I. Est parricidium, quod perpetratur a Vasallo in suum fratrem c. 1. S. item si fratrem. 1. F. 5. c. 1. 2. F. 37. Item in nepotem ex fratre d. S. item si fratrem. Arum. d. disp. 8. t. b. 10. VV. f. d. c. 15. n. 5.

LIX.

Nec distinguendum, utrum faciat spe occupandi integri feudi, aut totius hereditatis, an verò ob aliam aliquam causam d. S. item si fratrem. c. 1. S. denig. 2. F. 24. Sensb. p. 12. n. 52. Borch. d. c. 8. n. 102. Vult. d. c. 11. n. 34. Schrad. d. p. 9. c. 3. n. 25.

LXI.

Altera est Proditio, quae in jure feudali appellatur traditio d. c. 3. 2. F. 37. sive fit in Dominum sive in alium gl. & Dd. in d. S. item si fratrem. 1. F. 5. Quid d. c. 1. 2. F. 27.

LXI.

Dictum haecenus fuit de Felonia, quae consistit in committendo. Ad alteram nunc, quae in omittendo posita est, progressum faciemus. Ea est, cum Vasallus negligit id, quod ratione officij facere debebat, Rittersh. d. c. 15. q. 4. Negligitur autem vel vita & incolumitas Domini, vel etiam res & jura eius.

LXII.

Quod attinet ad neglectiorem vitam & incolumitatis causas numeramus tres: I. Si Vasallus periculum, aut grandem Patrimonij jacturam Domino imminere sciens, ipsum de eo certiores non reddat, aut ultrò se minus, cum possit, offerat ad occurrendum isti periculo c. 1. S. praterea. 2. F. 24. c. 1. 2. F. 28. c. 1. 2. F. 26. VV. f. d. c. 15. n. 7. Sensb. p. 12. n. 15. Borch. d. c. 8. n. 106. Vult. d. c. 11. n. 47.

LXIII.

II. Si Vasallus Dominum carceri inclusum & detentum cognoscat, nec eum liberari, cum possit, curet d. c. 1. 2. F. 24. Reding. d. c. 25. n. 17. Quod tamen interpretes accipiunt de domino, injustè sine culpa incarcerato arg. S. licet Vasallus 2. F. 26. Schrad. d. p. c. 8. n. 6. Vult. d. c. n. 48.

B 3

64.3 Si



III. Si Vasallus Dominum in periculo mortis constitutum, cum posset, non liberavit *c. 1. d. al. pat. feud. 2. F. 39.* Hinc si dominum, quo cum praelium ingressus fuit, in eo morantem, non mortuum, nec mortiferè aut lethaliter vulneratum dimiserit, meritò poenam caducitatis incurrit *c. 1. 1. F. 5. c. 1. §. item qui dominum 2. F. 24. c. 1. in fin. 1. F. 21. VVes. c. 15. n. 7. Vult. c. 11. n. 19. Rittersh. d. c. 15. n. 48.*

LXV.

Ad neglectiorem rerum & jurium Domini itidem causæ referuntur duæ. I. Si Vasallus vel ejus heres intra tempus debitum investituram non petiit *c. 1. 2. F. 24. c. 1. 2. F. 40.* nisi habeat justam excusandi causam *c. 1. quo temp. mil. 1. F. 22. c. 1. §. praterea 2. F. 55. Duar. c. 14. n. 2. VVes. d. c. 15. n. 7. Borch. n. 8. c. 4. Vult. d. c. 11. 23. Rittersh. d. c. 15. n. 43. Schrad. p. 9. c. 2. Ruding. c. 25. n. 28.*

LXVI.

II. Si Justitiam facere Domino Vasallus neglexerit *d. c. 1. §. illud tamen 2. F. 24. Schrad. p. 9. c. 7. n. 2.* Quò pertinet, si Vasallus de feudo à Domino vocatus judicio se sistere noluerit *d. c. 1. §. est & alia 2. F. 24. c. 1. 2. F. 22. Vult. d. c. n. 24. Arum. d. disp. 8. th. 11.*

LXVII.

III. Si servitium Domino suo, ob quod feudum datum fuit, denegavit *1. F. 21. VVes. d. c. 15. n. 7.* Nulla namque alia est justior feudi amittendi causa, ut scribit Feudista *2. F. 24.* modò Vasallus sit requisitus *c. 1. §. Licet 2. F. 26. Cl. Dn. Andr. Knich. d. Vestit. pact. lib. 2. c. 5. n. 39.* & ad id præstandum ex justâ causâ non impediatur, ut apparet *ex d. c. 1. §. sed non est alia 2. F. 24. Vult. d. c. 11. n. 22. Rittersh. d. c. 5. n. 47. Arum. d. disp. 8. th. 12. & Dd. Com.*

LXVIII.

Atque hæc breviter de causis, ob quas Vasallus beneficium, ipsi à Domino suo ex benevolentia concessum, culpâ suam in ipsam personam Domini, tum in alios perpetrata, amittere possit, dixisse sufficiant. Quoniam autem tot reperiantur, imò quotidie emergere alia possunt, ut dicitur *in c. 1. que fuit prim. caus. 2. F. 24.*

LXIX.

Questionem illam longè intricatam adponimus: an non iisdem

iisdem de causis privetur Vasallus feudo, quibus matrimonium
dissolvitur l. 8. C. d. repud. donatio revocatur l. ult. C. d. revoc. donat.
filius exheredatur N. 115. c. 3? Tradunt hoc pro regula FF. com. &
colligunt ex c. 1 §. predictis modis. 2. F. 24. Verum si penitus rem-
perpendimus, contrariam opinionem, quam approbant Curt.
Jun. p. 4. n. 77. Duar. p. 14. n. 25. Arum. d. disp. 8. th. 27. non immerito
amplectimur.

LXX.

Illud nunc monendum, quod, quemadmodum Vasallus ob
feloniam, culpa sua doloque commissa, feudum perdat, ita quo-
que Dominus ob eandem proprietate privetur *tex. est express. 2.*
F. 47. & 2. F. 26. & gl. & Dd. in c. 1. d. form. fidel. Schrad. p. 6. c. 7. n. 8. Vult.
d. c. n. 52.

LXXI.

Cum itaque feudum ob feloniam tam a Domino, quam a Va-
sallo amittatur, quaeritur: Num statim delicto perpetrato, ipso
jure feudum auferri queat, an vero iudicis sententia necessa-
ria? Posterius defendimus. *per c. 1. d. feud. fin. culp. 1. F. 21. ubi Dd.*
Com. & 1. F. 22. Vult. n. 59. Vves. c. 15. n. 9. Rittersh. c. 6. q. 15.

LXXII.

Restat ut inquiramus, Cuinam feudum exutum aperiatur?
Disting. inter feudum ob feloniam Vasalli, & ob feloniam Do-
mini amissum. Priori casu refert, utrum sit novum vel anti-
quum? Si novum, indistincte, sive delictum in personam Do-
mini vergat, sive in alium, ad Dominum redit, exclusis descen-
dentibus. c. 1. §. fin. 2. F. 24. & 2. F. 37. Rosenth. c. 11. concl. 1. n. 1.

LXXIII.

Si vero sit antiquum, iterum disting. an felonia sit commif-
sa in Dominum, an in alium? Si in Dominum, ipsi defertur d. c.
1. §. fin. 2. F. 24. & 2. F. 37. Cuius distinctionis rationem reddit
textus d. §. fin. ut scilicet hoc casu Dominus ultionem habeat inju-
riae suae Schenck *Quae fuit prim. caus. n. 1. Somb. p. 13. n. 1. Vult. d. c. 11. n. 71.*

LXXIV.

Verum an perpetuo, vel saltem usque ad vitam Vasalli delin-
quentis penes Dominum maneat, disquiritur? Posteriores
sententiam probant tit. 78. 83. & 98. lib. 2. F. Quam assument et-
iam Dd. Com. tanquam magis textibus & aequitati consentane-
am Vult. d. c. 11. n. 71. Arum. d. disp. feud. 8. th. ult.

75. Si.

Si in alium delictum tentatum sit, statim vivo adhuc Vasallo, non expectatâ morte eius, ad agnatos proximiores devolvitur 2.F.24. in fin. & 2.F.37. etiam intra quartum gradum Rosenth. c.11. concl.10. Vult. d.n.71. in fin. Arum. d.th. ult. Gothofr. Anth. d. ff. feud. 12. th. 3. lit. b.

Cæterum quid juris, si feudum sive proprietates rei feudalis ob feloniam Domini caduca facta fuerit, quis nam acquirit? Quidam distinguunt, ut in Vasallo. Quæ distinctio tamen probabilem habeat rationem, ei tamē disertis verbis repugnat 6.1. si d. feud. def. cont. sit. 2.F.26. Malumus igitur huic stare textui, quàm aliorum opinionibus illo destitutis, subscribere. Atque sic feudum eo casu ad Vasallum pertinere, & cum Usufr. consolidari dicimus d.c.1.2.F.26. Rosenth. c.11. concl.20. n.7. Vult. lib. 1. c.11. n.52. Clar. lib.4. sent. § feudum q.72.

SOLI DEO GLORIA.



Ad

*Prestantiss. Dn. Respondentem amicum, fratrem, popularem & commensalem
suavissimum*

LUCAS Bon Berge.
αγαπητοῦ καὶ ἀδελφοῦ
Cura bonus lege.

A rte laboratum peplum & subtile futurum
Festinâ nunquam pingitur illud acu.
Ac aliud prestans quod opus sublimeq; motu
Omnia perfectum non solet esse cito.
Tempore nux corylum, magnam glans parvula quercum
Gignit, & ex grano pensile crescit olus.
Vix unquam vitis solitas inculta dat uvas,
Fert matura jacens poma nec arbor humi.
In celebrem, Luca, cresces sic tempore montem,
Et CVRA BONVS in LEGE poritus eris.

Joachimus Flemingus Anhaltinus.

Wittenberg. Diss., 1613/23


V. 17

ULB Halle

3

002 673 304







B.I.G.

Farbkarte #13

XLIII
DISPUTATIO JURIDICA

De
AMMISSIONE
FEUDI,

16
24


1619

Quam
DEO ADJUVANTE,
Magnifico atq; Amplissimo Iureconsultorum
ordine, in celeberrimâ Wittebergensi Aca-
demiâ, permittente,

PRÆSIDE
Viro Clarissimo & Consultissimo,
Dn. GOTTFRIDO Reutter Bit-
urf. Sax. U. J. D. Facultatis Juridicæ ibidem
Assessore, Præceptore suo plurimum
colendo,

Publico examini subjicit
LUCAS Von Berge
Serveftanus.

In Auditorio Jctorum
Ad diem 19. Jun. horis à 7. matutinis.



WITTEBERGÆ
Ex Officinâ Typographicâ JOHANN. MATTHEI.

ANNO MDCCXIX.

Clarissimo, Soltinâ Humanitate & a-
bitate gravissimo, Dn. M. Petri à Jena
Scolæ Patriæ Rectori dignissimo, Præce-
suo & fautori honorando mittit L.

